materia eſt odioſa, & pœnalis, & contra regulas juris inducta, quod filius portet iniquitatem patris, unde verbum filiorum ſtrictè accipiendum erat, *L. quod ſi nepotes, ff. de teſtam. tutel.* L. *liberorum, ff. de verb. ſign.* ſed quod poſtea ſupervenit Imperator Fredericus, qui edidit quandam conſtitutionem contra reos læſæ majeſtatis divinæ, vel imperialis: quam approbavit Eccleſia, & eſt apud Inquiſitores hæreticæ pravitatis ſub Bulla Papali, in qua fit mentio liberorum, unde debet extendi in infinitum, ſubdit tamen quòd Canoniſtæ fecerunt poſtea caſum, & reſtrinxerunt ad filios, & nepotes damnato maſculo, ſed damnata fœmina comprehenduntur ſolum filii generaliter ſtatuendo, quod ubicumque damnentur deſcendentes ex crimine parentum, ſemper intelligatur de deſcendentibus uſque ad ſecundum gradum incluſivè ex maſculo, & non ultra, & ex fœmina uſque ad primum, incluſivè tantum, ut habetur *in cap. ſtatutum, de hære. lib. 6. conjuncto cap. ubicumque de pœnis, eo. lib.* & verba illius conſtitutionis Frederici ponit Cajus *in d. leg. quiſquis, in fin. quæſt.* & Albe. *colum. 3.* & ſecundum Salic. communis opinio eſt, quod *dict. L. quiſquis,* recipiat interpretationem ab illa conſtitutione: ſed quidquid ſit de jure communi, ego de jure regni adhærerem verbis hujus leg. quæ tamen loquitur de filiis, & non extenderem ad nepotes, neque ad ulteriores pœnam iſtius leg. juxta notata per Bart. *in dict. leg. liberorum,* quod in materia odioſa verbum *filiorum à leg. prolatum,* cùm L. diſponit principaliter in odium filiorum, non extenditur ad nepotes. Item & ex ratione, quæ non eſt eadem in nepote, quæ in filio, quia jura ſanguinis, & carnis magis transfunduntur in filios, quàm in nepotes, qui ſunt remotiores, arg. L. *cum quæritur, de excep. rei jud.* & quia præſumptio de infectione ex delicto paterno, ſuper qua ſe fundat iſta diſpoſitio, non ita militat in nepote, prout in filio, quanto enim quis eſt proximior, tanto præſumitur inferior, ut tradit Bald. *in §. ſi vaſſallus, ſi de feu. fuer. controv. int. do. & ag. neque diſpoſitionem, cap. ſtatutum, 2. de hæreti. in 6.* loquentem in crimine hæreſis, extenderem ad crimen læſæ majeſtatis temporalis, ut dixi ſupra eo. *L. 1. in gloſſ.* ſuper verbo (*la dote de ſu muger*) adverte etiam, quòd pœna hic poſita contra filios procederet, quando proditio paterna fuit contra Regem, vel Regnum, & non procederet, quando in aliis capitulis, de quibus ſuprà eod. *in leg. 1.* delinqueret pater, licèt aliud videatur colligi ex verbis hujus legis generaliter loquentis, placet tamen quòd ita intelligatur, & limitetur iſta lex, nam eſt de mente Doct. *in dict. leg. quiſquis,* dum poſt gloſſ. opponunt de *leg. eorum, ff. eod.* ubi & plus dicebant, quòd illa diſpoſitio (de qua *in dict. leg. quiſquis*) tantum procederet, quatenus in hoc diſpoſuit de filiorum pœna, contra id quod habetur *in dict. leg. eorum,* quando delictum comitteretur in Principem, & non quando contra Rempublicam Romanorum, eſſet enim quid durum, & inhumanum, talem pœnam practicari in filiis delinquentis in quocumque ex dictis capit. reſtringatur ergo ad principale capitulum de proditione contra Regem, vel Regnum, vel alios, qui pars ejus corporis ſunt, ut *in dict. leg. quiſquis.*

(6) *Sean varones.* Nam quotiens ab homine, vel à jure puniuntur aliqui uſque ad certam generationem, illi ſolum qui ex maſculina linea deſcendunt, puniuntur, non ex fœmina, niſi aliud à lege, vel ab homine exprimatur, *cap. ubicumque de pœnis, lib. 6.* Ergo ſi mater comittat hoc crimen, ejus filii non puniuntur his pœnis, ut voluit Oldral. relatus ab Alber. *in d. leg. quiſquis,* Hoſtien. *in cap. vergentis, de hæreti.* in hoc etiam inclinat Salic. *in dict. leg. quiſquis,* gloſſ. tamen ibi tenuit contrarium, quàm tenuerunt ibi Petrus, & Cinus, Angel. Aret. *in tract. maleficio.* in parte (*che ay tradito la patria*) *col. 3.* dicens hoc notandum: licèt videatur inuſitatum, quod mulier tale crimen committat, quod tamen vidit ſemel de facto Bononiæ, gloſſ. etiam *in dict. cap. ſtatutum,* voluit idem quod dict. gloſſ. *in leg. quiſquis,* & cum ea tranſit ibi Joan. Andr. *in Novella,* & Dominicus & iſta pars verior videtur ex identitate rationis, & quod in practica ſervaretur, licèt in puncto juris, prima opinio eſt ſuſtentabilior, & maximè ſtante iſta lege in verbis inferius poſitis, cùm dicit (*eſta pena deuen auer por la maldad que fizo ſu padre.*)

(7) *Enfamados.* Limita in filiis, qui fuerint jam Clerici, gloſſ. notabilis *in cap. ſatis perverſum, 56, diſtinct.* Abb. *in cap. cum Laici de jure patronatus,* & in aliis eſt hoc ſpeciale in odium hujus criminis, & contra regulam *leg. crimen, ff. de pœnis.*

(8) *Nin oficio.* Adde *in vol. Pragmat. fol. 6. & 7.*

(9) *Nin puedan auer. In leg. quiſquis,* de qua iſta ſumpta eſt, dicit, *non capiant,* quod verbum cauſavit magnam ambiguitatem, an videlicèt intelligatur, quod non capiant tanquam incapaces: & ſic hæreditas applicetur venientibus ab inteſtato, vel legatum remaneat, ut pro non ſcriptum apud hæredem: vel an verò intelligatur, quòd non capiant cum effectu: quia fiſcus ab eis auferat tamquam ab indignis, & iſtam ſecundam partem Cinus ibi dicit de jure veriorem motus ex aliquibus per eum: & Salic. ibi relatis, quod ſatis placet Salic. in ſucceſsione ex teſtamento: & ſic quando habent voluntatem hominis, quæ repugnat aliqualiter ab inteſtato ſucceſſuris: & quia delinquere videtur, qui ſcienter ſuam hæreditatem diſponit in non capacem ex delicto in Principem commiſſo: ſed quando non adeſſet voluntas hominis, ut in ſucceſsione propinquorum ab inteſtato morientium: tunc non credit vocari iſtos à leg. ut capiant, ſed eo non vocari tanquam penitus alienos, & ante Salicet. iſta fuit opinio Jacob. Butri. Alberi. etiam *in dict. leg. quiſquis,* ſimpliciter tranſit cum opinione Cyni: ſed Baldo potius placet contraria opinio, ſcilicèt, quòd non capiant tamquam penitus incapaces per motiva, quæ per eum videbis, & iſta opinio, quæ ante Bald. fuit aliorum, appròbatur hic in iſta leg. partitarum: cum dicit (*nin puedan auer*) & fuit hoc de mente Azo. *C. eod. in ſumm.* cum dicit, *nulli ſuccedunt.*

(10) *Mandas que les fueren fechas. In leg. quiſquis* dicebat teſtamentis extraneorum nihil capiant: an fuit dubium, an ex teſtamentis proximorum poſsint capere, quod dubium etiam oriri poteſt ex verbis hujus legis partitarum, cùm dicit (*nin a otro eſtraño que los eſtableſcieſſe por herederos*) unde Angel. *in dict. leg. quiſquis,* prout refert Socin. *conſ. 275. in cauſa fratris Andreæ, col. 6. in 2. volum.* dicit, quòd licèt reſpectu ſucceſsionis ab inteſtato proximorum filii ſint inſucceſsibiles, & etiam reſpectu ſucceſsionis extraneorum ex teſtamento: tamen reſpectu ſucceſsionis ex teſtamento proximorum non ſunt inſucceſsibiles: quia lex hoc non dicit, & lex eſt pœnalis, & non amplianda regula odioſa: & ibi Joan. Andr. *de reg. jur. in 6.* ego tamen in libro meo, Angel. non ita apertè hoc habeo: & fortè deficit ibi unum verbum (*non*) ut ſic colligatur id ad quod Socinus eum allegat: ipſe tamen Socinus tenuit contrarium: imò quod & ex teſtamentis proximorum ſint inſucceſsibiles: ad quod ponderat, & benè verba illius legis: & comprobat aliquibus mediis: vide ibi per eum, *col. 7.* & iſta eſt etiam intentio hujus noſtræ legis: neque obſtat verbum ſupradictum (*nin a otro eſtraño, &c.*) quia ideò dixit, quia ni-

ſi

ſi ex teſtamento non poterant capere reſpectu extraneotum.

Sed quid ſi ille, qui commiſsit proditionem contra Regem: tenebat aliqua bona jure, & titulo majoriæ provenientia ab antiquis progenitoribus, qui talia bona vinculo majoriæ conſtrinxerant, an in talibus bonis ſuccedat ejus filius major? Eſt quæſtio, quæ verſatur multotiens in regiis tribunalibus: & ſatis intrincata, & dubia: dicam quid ſentiam, ut promiſsi hic dicere *in leg. 6. in titul. 11. in gloſſ.* ſuper parte (*que la non vendieſſe*) *6. partit.* Dubitatur ergò, an ſuccedat dictus filius, vel alius vocatus ad majoriam, vel fiſcus: & quòd ſuccedat filius major, vel alius vocatus, probari videtur *ex leg. 3. ff. de inter. & releg.* ibi: quæ verò non à patre, ſed à genere, à civitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere liberis incolumia: facit etiam text. *in leg. emancipatum*, §. *fin. ff. de ſenato.* ibi: ut avi potius ei dignitas proſit, quàm obſit caſus patris, ubi gloſſ. ſumit argumentum, quod licèt filius per culpam ſuam debeat amittere feudum, nepos tamen retinet ex perſona avi: facit etiam bonus text. *in leg. 4. ff. de jure patron.* cujus verba ſunt. Jura libertorum paternorum, cùm pater eorum erat perduellionis damnatus ſalva eſſe, Divi Severus, & Antoninus benigniſsimè reſcripſerunt, facit etiam *L. adoptivum*, §. *fin. ff. de in jus vocand.* & bonus eſt text. *in leg. eorum, ff. ad leg. Jul. majeſt.* hoc etiam voluit Bal. *in* §. *denique*, quæ ſit prima cauſa ben. amit. parum poſt principium: ubi dicit, quod ſi feudum fuit conceſſum generi, ſi vaſſallus delinquat contra dominum, revertitur ad dominum ſolum jus delinquentis: non verò jus reſiquorum vocatorum ad feudum, quod ex propria perſona habent quodam ordine mortalitatis: non per viam hæreditatis, allegat. *d. L. 3. ff. de inter. & releg.* quod maximè dicit procedere, quando regalia ſunt conceſſa in feudum: quia abſurdum eſt, quòd ea dependeat ab hæreditario corpore, cùm ſint nobilia, & potiora, & ad ea admittuntur filii, & agnati jure genituræ beneficio domini, ex expreſſa forma inveſtituræ: à cujus tenore non eſt receendum, ut *in cap. 1. de duo fra. à cap. inveſti.* hoc idem voluit Bald. *in cap. 1. ſi vaſſal. feud. prive. col. pen.* ubi dicit conſiderandum eſſe, an filii ſint nominati in inveſtitura feudi, tamquam extranei, an tamquam hæredes: nam ſi tamquam extranei, non nocet eis delictum patris: quia non veniunt ex vi paternæ inveſtituræ: ſed mero beneficio domini. Præterea iniquum videtur, & contra omnes regulas juris, quòd unus ex delicto alterius gravetur, L. *non debet*, *ff. de regul. jur.* & quod in feudo antiquo delictum unius agnati, etiam commiſſum contra perſonam domini non noceat aliis agnatis circa amiſsionem feudi, tenuit gloſſ. magna *in cap. 1.* §. *1. ff. de ſucceſſ. feud.* & videtur tenere gloſſ. *in dict. cap. 1. ſi vaſſa. feud. prive. & in* §. *firmiter, de probib. feud. alien.* per Frederic. Hoſtien. *in ſumm. tit. de feudis*, & adde §. *fin.* quæ fuit prima cauſa ben. amit. qui videtur obſtare, reſpondent, quòd intelligatur ille §. de deſcendentibus delinquentis, quòd illi excludantur: non verò cæteri agnati: in contrariam partem facit, *L. 1. C. de bon. lib.* ubi apertè dicit Alber. allegans *dict. leg. quiſquis*, de qua iſta ſumpta eſt, quòd commiſſo crimine perduellionis contra Principem, filii perdunt eam, quæ ab avo habent, vel aliunde: unde & Cynus *in dict. leg. 1.* vult, quòd *dict. L. 3. ff. de inter. & releg.* intelligatur de aliis criminibus, ſeu aliis capitulis, quando contra Principem non delinquitur, facit etam text. *in dict.* §. *fin.* quæ fuit prima cauſa ben. amit. ibi, ut ſaltèm dominus habeat hanc ſuæ injuriæ ultionem. Item & facit lex iſta partitarum, & *dict.* L. *quiſquis*, quæ filios proditoris reputat infames, & omni dignitate, & officio indignos, & incapaces ſucceſsionum, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſive jure hæreditario, ſive jure legati: & tantum primogenitura, & ſucceſsio jure primogenituræ, eſt quædam dignitas, ut tradit Martin. Lauden. *in ſuo opuſculo primogenituræ.* Archid. *in cap. quam periculoſum, 7. quæſt. 1.* Bald. *in leg. cum antiquiorbus, col. 5. C. de jure delib.* præſertim: quia ut communiter videmus, iſtæ majoriæ habent vaſſallos ſub ſe, & habere vaſſallos, eſt quædam dignitas, cui & juriſdictio ineſt. Bald. *in cap. 1. verſic. Marchio. ad fin. de his, qui feud. dar. poſſ.* Item videtur rationabile, quòd talis filius proditoris privetur, ut patres magis metuant in hoc crimine contra Regem delinquere: nam naturale eſt magis metuere in filium, quàm in ſe, *L. iſti quidem, ff. quod metus cauſa*, §. *fin.* & ſic retrahentur validius ab hoc crimine, quod non ita fieret videntes patres filios eorum bonis majoriæ non privari. Et pro reſolutione hujus quæſtionis, arbitror fortè ſic eſſet dicendum, quòd, aut majoria deſcendit ex donatione Regis, aut ex alterius diſpoſitione. Primo caſu, aut bona majoriæ fuerunt donata à Rege ſub titulo Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, ſeu alterius dignitatis, & ſub titulo majoriæ, & talis majoria ſit antiqua: & tunc videtur quod ſi aliquis ex vocatis ad quem bona devenerunt ſub tali titulo, ſit perduellis contra Regem, vel Regnum, quod filii ejus ſint incapaces talis majoriæ ex diſpoſitione iſtius legis partitarum, & *d. L. quiſquis*, eo quod tales filii ſunt infames, & incapaces dignitatum, & juriſdictionum, confiſcabuntur ergò tunc bona talis majoriæ, in vita delinquentis: quo mortuo, veniet majoria cum talibus bonis ad ſequentem vocatum: ſecundum tenorem donationis regiæ, excluſis filiis delinquentis: cùm enim excludantur filii, ut incapaces, non aufertur ab eis ut indignis: ſed venient alii vocati, ut ſuperius dixi in gloſſa proxima, & vide ſupra in gloſſ. *todos ſus fijos, verſic. ſed an intelligatur*, & intellige de bonis donatis à Rege titulo donationis, ut dixi, quod in dubio præſumitur (ut dixi) *in leg. 68. tit. 18. partit. 3.* non ſi dediſſet jure feudi: nam tunc talis majoria, ejuſque bona regulabuntur jure feudi, & ſecundum conſuetudinem feudorum, ſecundum quam, ſi Marchio, vel Dux committeret delictum contra dominum ſuum, puta contra Regem, Marchia, vel Ducatus libere revertetur ad Regem, excluſis omnibus filiis, & agnatis: nam hoc tacitè ineſt inveſtituræ: ergò pro expreſſo debet haberi, *L. cum quid, ff. ſi certè peta.* Bald. *in dict.* §. *fin. quæ fuit prima cauſ. ben. amit.* iſta eſt enim magis communis concluſio in materia feudorum, quod quando vaſſallus privatur feudo propter delictum, ex quo offendit dominum, ſive ſit feudum novum, ſive antiquum, ſemper revertitur ad dominum, ut tradit Alex. *conſil. 60. 3. volum.* incip. *viſis dubitationibus*, & Franciſchinus Curtius *in ſuo tract. feudali, en 5. part. principali, in princip. col. 1. & 2.* Si verò majoria ſit ſine titulo dignitatis, & vaſſallorum, ſed à Principe antiquo aliqua bona fuerunt donata titulo majoriæ Petro, & ejus deſcendentibus, tunc videtur idem dicendum quod in ſequenti membro, quando majoria pervenit ab alio privato: in quo caſu videtur dicendum, quòd, aut talia bona majoriæ antiquæ avitæ fortè, vel proavitæ, ſeu ulterioris progenitoris, vel alterius conjuncti, vel extranei, qui eam conſtituit, pervenerunt titulo donationis inter vivos, vel ex aliquo contractu, ſeu diſpoſitione inter vivos: & tali caſu filii delinquentis non privabuntur talibus bonis relictis ab antiquis progenitoribus, cùm enim talibus bonis non ſit annexa juriſdictio, & dignitas, non eſt quid eis repugnet: ex quo lex iſta, & *dict. L. quiſquis*, non excludunt tales filios à contractibus, & donationibus inter vivos, ſed tantùm ab his quæ proveniant jure ſucceſsionis ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel per viam legati: & pœna non debet extendi ultra proprium caſum, *de pœnit. diſtinct. 1. cap. hæc autem verba*, §. *pœnæ, & caſus pœnalis*, ex ſimilitudine etiam non extenduntur, ut tradit Bald. *in leg. 3. ad fin. C. de hæred. inſtit regu. odia. de regul. jur. in 6.* Si vero talia bona antiquæ majoriæ deveniunt ex teſtamento alicujus progenitoris antiqui, vel alterius extranei, tunc tales filii delinquentis ſunt incapaces per iſtam leg. & per *dict. leg. quiſquis*, unde delinquente mortuo, non ſuccedunt ejus filii: ſuccedet tamen alius vocatus ad talem majoriam: ut ſuperius dixi, & non mirum, quòd aliud

ſit

ro las fijas de los traydores bien puede heredar faſta la quarta parte (11) de los bienes de ſus madres. Eſto es, porque non deue ome aſmar, que las mugeres fizieſſen traycion, nin ſe metieſſen a eſto, tan de ligero, a ayudar a ſu padre, como los varones; e porende non deuen ſofrir tan grand pena como ellos. E todas las otras penas que ſon eſtableſcidas en razon de las trayciones, ſegund Fuero de Eſpaña, ſon pueſtas cumplidamente en la ſegunda Partida deſte libro, en las leyes, (12) que fablan en eſta miſma razon.

LEY III.

Por quales yerros de Traycion puede ome ſer acuſado deſpues de ſu muerte, e quien puede fazer tal acuſacion como eſta.

CRimen perduellionis, en latin, tanto quiere dezir, en romance, como traycion que ſe faze contra la perſona del Rey, o contra la pro comunal de toda la tierra: e eſta traycion es de tal natura, que maguer muera el que la fizo, ante que ſea acuſado, puedenlo acuſar aun deſpues de ſu muerte; (1) e ſi ſu heredero non lo pudiere defender, nin ſaluar, con derecho, deue el Rey judgar (2) el muerto por enfamado de traycion, e mandar tomar a ſu heredero todos ſus bienes, que ouo de parte del tray-

ſit in his quæ obveniunt ex teſtamento, quàm alias: quia cùm provenit ex jure civili, ut *in leg. obvenire, ff. de verbor. ſignif.* faciliùs fuit inductus Princeps ad auferendum jura teſtamenti, quàm jura contractus, quæ ſunt de jure gentium, *L. ex hoc jure, ff. de juſtitia, & jur.* neque videtur diſtinguendum in tali majoria avita, vel proavita, an nepos fuerit conceptus vivo avo, vel poſt: prout aliàs diſtinguebat Bald. *in ſucceſſ. feudi aviti in cap. 1. ſi vaſſa. feud. prive. verſic. ſed Dominus Joan. de Bron.* nam loquitur in feudi ſucceſsione jure hæreditario. Si verò ſit majoria nova à patre delinquente in hoc crimine, facta per viam teſtamenti, non ſuccedent in ea filii, neque alii vocati, cùm teſtamentum delinquentis in crimine iſto non teneat, ut *in leg. 16. tit. 1.* & ibi dixi *ſupra ead. partit.* Si verò fuit per donationem, ſeu aliam diſpoſitionem inter vivos facta à patre talis majoria, & donatio perfecta, & non fuit facta poſt crimen comiſſum, vel cùm jam propoſuerat committere, tunc videtur, quòd talis majoria cui non eſſet annexa dignitas, vel juriſdictio pertineat ad filios donantis, & ad alios in donatione perfecta contentos, ut *in leg. donationes*, §. *fin. & L. poſt contractum, ff. de dona. L. perfecta donatio, C. de dona. quæ ſub mod.* & ſi pater reſervavit ſibi uſumfructum, ille confiſcabitur eo vivente: poſteà verò veniet ad filios, ſeu alios in donatione contentos, L. *Stacius Florus*, §. *Cornelio fœlici. ff. de jure fiſc.* neque obſtabit *dict.* L. *quiſquis, in verſic. uxorem*, quia ibi loquitur de lucro à lege delato filiis propter tranſitum matris, cui pater donaverat ad ſecundas nuptias, tali lucro legali, lex illa privat filios, & fiſco applicat: non verò procedit in eo, quod filii ante patris reatum habuerunt titulo donationis perfectæ, & irrevocabilis: ſi autem eſſet talibus bonis majoriæ annexa dignitas, ſeu juriſdictio, videtur quòd filii per iſtam leg. & *dict.* L. *quiſquis*, excludantur: alii verò vocati admittentur ex his, quæ ſuperius dixi.

An autem in caſibus, in quibus dixi filios excludi: alios verò vocatos admitti, poſſet Rex, ſtantibus talibus agnatis, ſeu vocatis, filio proditoris facere gratiam, ut ſuccedat in majoria in præjudicium agnatorum, ſeu aliorum vocatorum? Videtur quòd non per text. & ibi notat Bald. *in princip. in dict. cap. 1. ſi vaſ. feu. prive.* & quæ ſuperiùs dixi circa confiſcationem bonorum majoriæ in crimine læſæ majeſtatis contra Regem, vel Regnum, intellige loquendo juxta terminos juris. Si enim aliud caveretur in inſtrumento majoriæ, illud ſervandum eſſet, & adde quæ dixi *in dict. leg. 6. tit. 11. in dict. gloſſ. & in leg. 2.* incipit, *majoria, tit. 15. partit. 2.*

Quid autem ſi in facultate Principis ad majoriam, caveatur, quòd non perdatur etiam propter crimen læſæ majeſtatis: imò quod filii proditoris, & cæteri vocati juxta ordinem majoriæ ſuccedant: videtur enim valida, & obſervanda talis conceſsio ex dict. Bald. *in* §. *item, verſic. porro*, ſi dominus conveniſſet de feudo guartiiæ: an procedet etiam ſi crimen læſæ majeſtatis ſit factum proditorie? Videtur quòd non, imò tali caſu non relevet talis indulgentia per text. *in cap. 1. de eo qui interfe. fra. domin. ſui*, & quod notat Bald. *in* §. *ſimiliter, quib. mod. feud. amit.* aggravatur namque delictum, cùm ſit proditotie. Angel. *in addit. ad Bart. in leg. ſervum*, per text. ibi, *C. de delato. lib. 10.* & text. valdè not. *in leg. 1. C. de condu. & proc. lib. 11.* & ibi Joan. de Plat.

(11) *La quarta parte.* Quæ eſt legitima de jure iſto partitarum, ut *in leg. 17. tit. 1. 6. partit.* quando ſunt quatuor liberi, vel pauciores: & ſi quinque, vel plures ſemis, prout etiam erat de jure communi: ſive ergò ſint quatuor, vel quinque filiæ non poterunt habere ultra quartam attentis verbis hujus leg. ex quo etiam poſſet dici, quòd licèt hodie de jure fori, & Regni legitima filiorum ſit aucta: attamen filiæ in bonis matris non poſſunt habere ultra quartam partem, quia lex iſta voluit hoc taxare: & ſi eſſet caſus, in quo legitima poſſet eſſe pluſquam quarta: pro quo, & facit *dict. L. quiſquis*, quæ tantum voluit, quòd filiæ haberent legitimam, & non totam hæreditaeem, ut ali poſſent, hoc tamen non firmo: imò potius crederem, quòd in bonis matris filiæ habeant legitimam, ſicut hodie eſt aucta, argum. *L. 1.* §. *lex Falcidia, ff. ad leg. Falcid.* & quia pœnæ molliendæ ſunt: & quia intentio hujus legis eſt dare iſtis filiabus legitimam in bonis matris, ſicut & *dict.* L. *quiſquis*, §. *ad filias.* Adverte etiam, quia & poterunt filiæ ſuccedere ſuis conjunctis ab inteſtato, & ex teſtamento, & extraneis ex teſtamento, cùm hoc non reperiatur prohibitum in filiabus: ſed in maſculis tamen, ut ſuperius dicit (*que ſean varones*) & hoc etiam attenta *leg. quiſquis*, quæ non ita apertè loquitur, tenet Salic. ibi in verbo, *ad filias.*

(12) *En las leyes.* Vide ſignanter *in tit. 13. per totum, & præſertim in leg. fin.* & in pluribus aliis legibus per titulos illus partitæ ſparſis

LEX III.

De proditione Regis, vel patriæ, quod vocatur crimen perduellionis, poteſt quis accuſari poſt mortem: & ejus hæredes tenentur eum defendere, & ſi vincatur, dabitur mortuus pro infami, & auferret Rex ejus bona ab herede: ſed pro alia proditione non fit accuſatio, ſeu rieptum poſt mortem: & quilibet (qui alias non admittitur ad accuſandum) admittitur in cauſam proditionis, & reptans de proditione, punitur talione, ſi non probat. Hoc dicit.

(1) *Muerte.* Adde *L. fin. ff. eod. & C. eod.* L. *pen. & fin. & L. 7. ſupra tit. 1. &* §. *per contrarium, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defe. & inſtit. de public. judi.* §. *2.*

(2) *Deue el Rey judgar.* Nota iſtam formam pronunciandi, adde gloſſ. *in dict.* §. *per contrarium*, in verbo, *damnata*, & Joan. de Plat. *in leg. fin. col. penult. C. de jure fiſci, lib. 10.* & vide per Angel. Aret. *in tract. maleficiorum*, in parte, (*che ay tradito la patria*) *col. 4.* & quæ notat Decius *conſil. 410.*

traydor. Mas por qualquier de las otras maneras (3) de traycion, que diximos en la primera ley deſte Titulo, non puede ninguno ſer acuſado, nin reptado, deſpues de ſu muerte. Otroſi dezimos, que todo ome, quier ſea varon, o muger, de buena fama, o de mala, quier ſea rico, o pobre, e aun todos aquellos que diximos, en el Titulo de las Acuſaciones, que non pueden acuſar a otro, han poderio de lo fazer ſobre yerro de traycion: (4) e eſto les fue otorgado, porque fallamos en los libros antiguos, que algunas mugeres, (5) e viles perſonas, deſcubrian trayciones que fazian contra los Emperadores; porende non deuen ſer deſechados los deſcobridores dellas, de qualquier natura que ſean: pero ſi el que riepta a otro de traycion, non la pudiere prouar, deue recebir otra tal pena, qual recebiria el reptado, (6) ſil fueſſe prouada la traycion.

L E Y IIII.

Como, el ome que faze Traycion, non puede enageñar lo ſuyo, deſde el dia en adelante que andouiere en ella.

VEndida, nin donacion, nin camio, nin enagenamiento que ouieſſe fecho de ſus bienes, el que fueſſe judgado por traydor, (1) deſde el dia que començo andar en la traycion, faſta el dia que dieron la ſentencia contra el, non deue valer (2) en ninguna manera: ca, maguer fueſſe en tenencia de los bienes a la ſazon que los enagenaua, perdido auia ya el ſeñorio (3) por ſu maldad, e era ya de la Cama- *Ley 10. tit. 9. lib. 5. Recop.*

(3) *De las otras maneras.* Adde *dict. leg. fin. ff. eod.* & vid. quæ dixi ſupra *ead. part. tit.* 1. *in* L. 7. *in gloſ. fin.*

(4) *Sobre yerro de traycion.* Adde *L. famoſi*, & *L. in quæſtionibus*, *ff. eodem*, & L. 2. *ſupra tit.* 1.

(5) *Algunas mugeres.* Nam conjurationem Lucii Catilinæ Fulvia mulier detexit: & Marcum Tullium conſulem in judicium ejus inſtruxit, *dict. leg. in quæſtionibus.*

(6) *Qual recibiria el reptado.* Nota bene, & vide L. 26. *ſupra tit.* 1. & quæ ibi dixi.

L E X IIII.

Non valet alienatio facta à proditore, poſtquam cœpit de proditione tractare: quia licèt poſſeſsionem bonorum tenebat, dominium tamen eorum erat jam Regis. Hoc dicit.

(1) *Por traydor.* Intellige propriè ſumpto, ut *in L.* 1. *in fine*, *ſupra eod.* & patet apertè *in* L. 2. *tit.* 4. 5. *part.* & ſic in illis capitulis læſæ majeſtatis, quando proditio fit contra Regem, vel Regnum, vel eos qui ſunt pars corporis ejus: ſecus ergo eſſet in aliis capitulis: hoc idem patet ex *dict.* L. *quiſquis*, & *ex L. fin. C. eod.* & *ff. eod. L. fin.*

(2) *Non deue valer.* Concord. *cum L. quiſquis*, & *cum* L. *fin. C. eod.* L. *donationes*, §. *fin. ff. de dona.* & adde L. 2. *tit.* 4. *part.* 5. ubi vid. quæ dixi, & quando alienatio facta fuit titulo lucrativo, ſine dubio revocatur, L. *inter donato.* §. *fin. ff. de dona.* & *in L. penult. ff. ad legem Jul. majeſtat.* Si verò titulo oneroſo, alienavit ſcienti, idem erit *L. chyrographis*, §. *fin. ff. de adminiſt. tuto. L. quia debitore*, *ff. quæ in fraudem credito.* & idem, ſi alienavit ignoranti ignorantia ſupina, *L. regula.* §. *ſed facti*, *ff. de juris*, & *facti igno.* Si verò ſit juſta ignorantia, non revocatur, *dict. leg. qui à debitore*, ſed ſi alienat titulo non verè lucrativo, & etiam non oneroſo, ſed juſto: puta conſtituendo dotem: adhuc videtur revocatio habere locum, *L. quiſquis*, *verſic. dotes*, *C. ad leg. Jul. majeſt.* quod tamen limitatur, ut habetur *in* L. *ſi fraudator*, §. 1. *ff. quæ in fraud. cred.* hæc ita ponit Ange. *in* L. *meminiſſe*, *C. ad legem Jul. majeſta.* dicens hoc multum notandum: quia & ex prædictis habes, an hæretici contracto crimine hæreſis, poſsint aliquid alienare de bonis ſuis vendendo, donando, aut dotem conſtituendo, & habuit iſta Ang. à Cino poſt Jacob. de Are. *in dict. leg. meminiſſe*, ubi, & Alber. adverte tamen, quia iſti Doctor. in eo quod dicunt, quod ſi alienatio facta fuit juſti ignoranti ex titulo oneroſo, quod non revocetur alienatio, videntur moveri, tenendo opinionem illam, quod committens hoc delictum, remanet dominus, donec auferantur bona, per ſententiam: quæ fuit opinio Jac. de Arena. quam & tenuit Bart. ut inferius ſubjiciam in gloſſ. proxi. quæ tamen opinio (ut ibi dicam) eſt reprobata per iſtam L. unde dictum prædictorum eſt limitandum, & intelligendum, quando pretium rei venditæ per proditorem, vel hæreticum, vel aliquid loco ejus eſſet in bonis ejus, *argum. L. ſi rem*, & *pretium*, *ff. de peti. hæred.* L. *ſi cum dotem*, *cum L. ſeq. ff. ſolut. matri.* *L. Imperator.* *cum* L. *ſeq. ff. de lega.* 1. tunc enim dato quod revocetur, ſeu revocari poſsit venditio, vel alia alienatio, etiam titulo oneroſo facta: debet tamen reſtitui pretium emptori: quo ceſſante, indiſtinctè fiſcus vendicat rem alienatam, etiam nullo reſtituto pretio emptori: licèt per plures manus ambulaverit: cum enim venditor non erat jam dominus, non habuit jus vendendi: fiſcus vendicans rem, non tenetur reſtituere pretium, *L. in civile*, *C. de furt.* hoc tenent Joan. Mona. Archi. & Joan. And. *in cap. cum ſecundum*, *LL. de hære. lib.* 6.

(3) *El ſeñorio.* Approbat opinionem gloſſ. *in cap. cum ſecundum leges*, *de hæreti. lib.* 6. quæ tenuit, quod in crimine læſæ majeſtatis bona proditoris confiſcentur ipſo jure à die commiſsi criminis: quod & tenuit Dinus relatus à Bart. *in auth. de inceſt. nup. in princ.* & *in L. ſi debitor. ff. de his quæ in frau. cred.* & Abb. *in cap. dilecti. de arbi.* Andr. de Iſer. *in tit. quæ ſunt regalia*, in parte (& *quæ ut indignis*) *col.* 3. ubi, & dicit quod non requiritur, quod damnetur criminoſus priuſquam fiſcus petat à poſſeſſoribus bona, Cinus tamen *in* L. *fin. C. ad legem Jul. majeſt.* & Bar. *in dict. leg. ſi debitor.* & Ang. Aret. *in ſuo tract. malefici.* in parte (*che ay tradito la patria*) *col. pen.* tenuerunt contrarium: imo quod proditor perdebat tantum bonorum adminiſtrationem, non dominium: & idem voluit Joan. de Pla. *in L. defenſionis*, *facultas*, *C. de jur. fiſc. lib.* 10. poſt Bar. *in L. imperator. C. eod. tit.* tene ergo menti legem iſtam partitarum, cui adde *L.* 2. *tit. de las trayciones*, *lib.* 8. *ordi. rega.* ibi (*todos ſus bienes ſon para nueſtra camara*) nam verbum (*ſunt*) quod eſt præſentis temporis, induxit privationem ipſo jure, text. *in auth. Gazaros*, *verſic. damnamus*, *C. de hære. juncta gloſſ. in L.* 1. *in parte divini*, *C. de ſum. trini.* & *fid. cath.* Bart. *in auth. qui ſemel*, *C. quomodo*, & *quando judex*, *ad fin.* ad occupationem tamen bonorum requiritur, quod præcedat ſententia declaratoria criminis, ut habetur *in dict. cap. cum ſecundum leges*, *in fin.* & ita per illum text. tenet ibi Archi. & Joan. And. qui & idem tenuerunt per aliqua jura, quæ allegant *in cap.* 1. *de homi. lib.* 6. Bart. etiam per text. ibi *in L. ejus qui delatorem*, *ff. de jur. fiſc.* Bald. & alii *in L. ſi quis major. C. de tranſact.* & *in cap.* 1. *de feudo ſine cul. non ami.* Joan. de Pla. *in L. fin. ad fin. C. de jur. fiſc. lib.* 10. Fel. late *in cap. Rodulphus*, *chart.* 7. *verſic. ſed declaratur de reſcri.* quod tamen limita niſi factum eſſet notorium: tunc enim non eget declaratione, tenet Abb. *in cap. cum non ab homine*, *col. ante pen. de judi.* & ſequitur Felinus multa in hoc adducens in *dict. cap. Rodulphus*, & tradit pulchre Socin. *conſ.* 4. 3. *vol. col. pen.* & probatur apertè ex *L.* 3. *tit. de las trayciones*, *lib.* 8. *ordi. rega.* ne-

mara del Rey. E porende non podria deſpues ninguna coſa, de los bienes que tenia, enagenar en ninguna manera.

L E Y V.

Como, aquel que comenzo a andar en la Traycion, puede ſer perdonado, ſi la deſcubrieſſe ante que ſe cumpla.

POrque los primeros mouimientos, que mueuen el corazon del ome, non ſon en ſu poder, (1) ſegund dixeron los Filoſofos; porende, ſi en la voluntad de alguno entraſſe de fazer traycion con otros de conſuno, e ante que fizieſſen jura (2) ſobre el pleyto de la traycion, lo deſcubrieſſe al Rey, dezimos, quel deue ſer perdonado el yerro que fizo, de conſentir en ſu corazon de ſer en tal fabla. E demas tenemos por bien, quel den aun galardon por el bien que fizo, en deſcobrir el fecho: porque deue ome aſmar, que non fue eſte en la fabla con entencion de cumplir el yerro, mas por ſer ſabidor del, porque pudieſſe mejor deſuiarlo, que non ſe cumplieſſe; o que ouo tanto de bien en ſu corazon, que ſe arrepintio, e apercibio al Rey, en tiempo que ſe podieſſe guardar della. E ſi por auentura lo deſcubirieſſe deſpues de la jura, (3) en ante que la traycion ſe cumplieſſe; porque pudiera ſer, que fue cumplida ſi el non la deſcubrieſſe, deue ſer aun perdonado el yerro que fizo; mas non deue auer gualardon ninguno, pues que tanto anduuo adelante en el fecho, e lo tardo tanto que lo non deſcubrio.

L E Y VI.

Que pena mereſcen aquellos que dizen mal del Rey.

SAca de medida a los omes la malquerencia que tienen raygada en los coraçones, de manera, que quando non pueden empeſcer a ſus Señores por obra, trabajanſe de dezir mal dellos, enfamandolos (1) como non deuen. E porende dezimos, que ſi alguno dixere mal del Rey, (2) con beodez, (3) o ſeyendo deſmemoriado, o loco, non deue auer pena por ello: porque lo faze eſtando deſapoderado de ſu ſeſo, de manera que non entiende lo que dize. E ſi por auentura, dixeſſe alguno mal del Rey, eſtan- *L. 3. tit. 4. lib. 8. Recop.*

Hec lex que pena blasfemantium contra Regem agit corrigit per l. 3. tit. 2. lib. 6. R. que alia pena ponit

neque obſtabit ad hoc diſpoſitio, *dict. cap. cum ſecundum leges*, cum vult, quòd bona hæreticorum non poſſunt capi per principes ſeculares, quouſque ſuper crimine hæreſis per judicem Eccleſiaſticum ſit pronuntiatum, nam procedit ideo, quia crimen hæreſis eſt mere Eccleſiaſticum ut *in cap. inquiſitionis*, *eod. tit.* & *lib.* ideo nimirum ſi nihil executionis principibus ſecularibus permittatur ante declarationem judicis Eccleſiaſtici, quæ ratio ceſſat in crimine læſæ majeſtatis humanæ: ubi Princeps ſecularis eſt judex competens ad executionem: & confert notabile dictum Bal. *in dict. cap.* 1. *de feu. ſine cul. non amit.* quod quando quis eſt privatus ipſo jure, tunc ſentencia non eſt neceſſaria adeſſe, ſed ad executionem eſſe: & ideo dicit, quod quando accipiuntur bona banniti, qui ex forma ſtatutorum habentur pro condemnatis, fit quidam declaratorius proceſſus, in quo declaratur captam eſſe illam perſonam quæ reperitur bannita, & bannum exequendum eſſe, & ſubdit notabile verbum, quod ſi ſine aliqua declaratione fieret executio non eſſet propterea juri contraria, per ea quæ not. Innoc. *in cap. ex ratione*, *de appe.* confert etiam quod not. Bart. *in extravag. ad reprimendum*, *in gloſſ. ſuper parte*, & *figura*, *ad fin.* & quod not. Domin. *in cap. fundamenta*, *de elect. lib.* 6. *in* §. *pen.* & quod tradit Ludo. Rom. *conſil.* 465. incipit *in re præſenti*, adde etiam And. de Iſer. *in cap.* 1. *quo tempore miles*, ubi ponit hæc verba pulchra: Pone vaſſallum in conſpectu populi, atroces injurias domino intuliſſe, vel in conſpectu populi domino juſte pugnante cum inimico ſuo vaſſallum dimiſiſſe dominum, & de prælio receſsiſſe. Item pone baronem rebelaſſe Regi, & tenere caſtrum publice contra Regem: vel pone ſubditum Regium fuiſſe ad hoſtes, & publice morari cum hoſtibus contra Regem ſuum, erunt ne iſti vocandi, & per ſententiam condemnandi, & poſt diſtinctionem quam facit duplicis generis notorii ſubdit: ille ergo qui publice moratur cum hoſtibus contra dominium ſuum: vel caſtrum tenet rebellatum, eſt in crimine notorio actu permanente: contra tales, non ſervatur ordo juris: imo & plus vult, quod etiam in notorio actus tranſeuntis, ſi eſt commiſſus in præſentia Regis, non exigitur ſententia: nam ubi Princeps eſt, totum jus teſtificatur, hæc Iſer. Hinc eſt etiam quod in actibus notorie injuſtis, procedit judex extrajudicialiter ſpoliando, vid. Abb. *in cap. quia clerici*, *de jure patrona.* adde etiam, & nota, quod quando lex notat factum ſententia non requiritur, *L. palam*, §. *quæ in adulterio*, *ff. de ritu nupt.* & ibi notat Bal. ad ſtatuta diſponentia, quod quis puniatur ipſo facto.

L E X V.

Meretur pœnam, & præmium proditionem à ſe & ab aliis cogitatam Regi detegens: ſed ſi ſuper ea jam facta conjuratione detegat, habet veniam, ſed non præmium: dum tamen anteaquam ad effectum perducatur, revelet. Hoc dicit.

(1) *En ſu poder.* Adde *cap. inter hæc ſciendum*, *ubi gloſſ. de pœni. diſt.* 2.

(2) *Ante que fizieſſen jura.* *L. quiſquis*, *C. eod. in verſic. fin.* de quo lex iſta ſumpta eſt, dicit in exordio initæ factionis, & Azo. ibi *in ſumma exponit.* i. anteaquam proceſſerit ad actum: & intellige iſtam L. i. anteaquam conjurationem firmaſſent communi aſſenſu, vel promiſsione.

(3) *Deſpues de la jura.* *L. quiſquis in dict. verſic. fin.* dicit is vero qui uſus fuerat factione. Azo. exponit i. poſtquam proceſsit ad actum. Nota ergo quòd in delictis admittitur pœnitentia, quòd gloſſ. tantum admittit in caſibus expreſsis in jure, vid. *gloſſ.* 1. *in* L. *ſi quis legatum*, §. *fin. ff. de falſ.* Lucam de Penna. *in* L. 1. *C. de his*, *qui ſe defe. lib.* 10. ut vid. de iſta materia per Bart. *in* L. *qui ea mente*, *ff. de furt. per gloſſ. in* L. 1. *C. ne tutor. vel cur. vecti. condu.* & Bal. *in L. imperialis*, *C. de nupt.* & Joann. de Plat. *in* L. 1. *C. de deſer. lib.* 12. & *in L.* 1. *C. de grege domi. lib.* 11. & *in L. ſi apparitor. in fin. C. de cohorta. lib.* 12. per Bar. *in* L. *avunculo*, *ff. de condi. ſine cauſa.*

L E X VI.

Ad Regem ſolum ſpectat de maledictis in eum cognoſcere, & puniri debet maledicens, niſi ob æbrietatem, vel fatuitatem maledixerit, niſi occaſio maledicti ex tali cauſa fuerit, quæ Regem moveat ad ignoſcendum. Hoc dicit.

(1) *Enfamandolos.* Et audientes, & non reſiſtentes puniuntur, ut *in L.* 2. *tit.* 13. *part.* 2. & adde ad iſtam *L.* 4. & 17. *dict. tit.* 13. & de fama Regis defuncti quod debet illæſa ſervari, vid. L. 4. *tit.* 15. 4. *part.*

(2) *Dixere mal del Rey.* Concord. *cum* L. *unica*, *C. ſi quis impe. maled.*

(3) *Con beodex.* Ebrius delinquens an, & qualiter puniatur, vid. L. 5. *tit.* 8. *infra eadem partit.* & quæ ibi dicam.